



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Davidis Regii Prophetae Psalterivm**

**Moritz <Hessen, Landgraf>**

**Smalcaldiae, 1593**

**VD16 B 3258**

Illvstrissimo Principi, Domino Gvilielmo, Hassiae Landgravio, Comiti In  
Catzenelnbogen, Dietz, Ziegenhain & Nidda, &c. Domino parenti suo omni  
obseruantiae genere colendo.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68864](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68864)

ILLVSTRISSI  
MO PRINCIPI, DOMINO  
GVILIELMO, HASSIAE LAND-  
GRAVIO, COMITI IN CATZENELN-  
bogen, Dietz, Ziegenhain & Nidda, &c. Domino  
parenti suo omni obseruantiae ge-  
nere colendo.

Llustris Guilelme Heros, pater inclyte Princeps,  
Cuius virtutes secla futura canent.  
Principis esse decus, scio, & ornamenta potentis,  
Ut sciat esse Deum, & sit pietatis amans.  
Hoc ego dum meditor, concepi mente, Dauidis  
Cantica vel tenui vertere sacra stylo.  
Exemplo monitus, volui tua reddere versu,  
Quæ vates Domino Regius ore canit.  
Successus cœpto dedit implorata labori,  
Sedibus æthereis quæ venit aura Dei.  
Est opus ègregium, velut est & Regius Author,  
At mihi dissimili sunt metra scripta modo.  
Qualia cunctæ licet sint carmina, tu tamen ista  
Concinnata scias, factaç Marte meo.

A 2      Inge•

Ingenij tenuis specimēn, quod cernis: id oro  
Quo decet æquo animo suscipe, care parens,  
Cantica sacra meo quæ cernis reddita versu,  
Ista tui Nati consule quæso boni.  
Sic melos Isiadæ tibi det solatia viua,  
Sic numeres felix secula multa, vale.

T. C.

obsequentiis. Filius

Mauritius, Hassia Landgrauius.



DISTICHON DEDICATIONIS TEMPVS  
continens, quo hæ studiorum primitiæ offerebantur,  
anno scilicet ætatis 18. completo.

In Malo soL Vt VIgIntI qVIInq Ve regressVs  
CVrrIt, age aCClplas CantICa nostra Pater.